

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors bq  
cum fonte primo

Certum est  
uitam mortemque per uices ire et  
composita dissolui et dissoluta componi.

Omne humanum genus quodcumque est,  
quodcumque erit, morte dampnatum est.  
Omnes que  
usquam ponuntur urbes

ubi fuerint aliquando queretur et  
uario excidii genere tollentur. Alias  
destruent bella, alias desidia paxque ad  
inerciam uersa consumit et magnis  
opibus exitiosa res luxus.

Seneca LXXII. epistola.

Nobis solvi perire est; proxima enim  
intuemur, ad ulteriora non prospicit  
mens hebes et quae se corpori addixerit;  
alioqui fortius finem sui suorumque  
pateretur, si speraret, <ut> omnia illa, sic  
uitam mortemque per uices ire et  
composita dissolui, dissoluta componi,  
in hoc opere aeternam artem cuncta  
temperantis dei verti. Itaque ut M. Cato,  
cum aevum animo percucurrerit, dicet,  
'omne humanum genus, quodque est  
quodque erit, morte damnatum est;  
omnes quae  
usquam rerum potiuntur urbes  
quaeque alienorum imperiorum magna  
sunt decora,  
ubi fuerint aliquando quaeretur et  
uatio exitii genere tollentur: alias  
destruent bella, alias desidia paxque ad  
inertiam uersa consumet et magnis  
opibus exitiosa res, luxus...'

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 71, 14-15 (L.  
Reynolds ed., vol.1, p.212, ll.14-26).